Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Item multi in Ciuitate sunt effossi: ut omnia parata forent.
¶ Postquam Maximino et urbem custode munita: et
optime clausam nuntiatum est: quosdam ex inferioribus
Delectos mittere uisum est: qui potestas adirent: si
forte ijs suadere possent. In Castris Chiliarchus
erat: Cui Aquileia erat Patria: Item uxor: Liberi:
et Amici omnes intus clausi. ¶ Hunc quoque cum Ceteris
Centurionibus misit: sperans hunc tanquam Ciuem facile
suasurum. Profecti autem Legati Maximinum Coem
ipsorum Imperatorem imperare dicebant: ut in pace
Arma deponerent: Pro Hoste Amicum exciperent. Pacem
et Sacra potius quam Cedes exercerent: neque patriam cir
cumspicerent radicitus funditusque Delendam: Una
cum ipsis Patriam seruarent: Item Optimum Impera
torem his erratorum impunitatem nuntiarent: non
ipsos sed Alios huius rei fuisse Autores. ¶ Hec
quoque ex inferiore parte adstantes Legati exclamant:
ut facile audirentur. Frequentissimus populus
qui menibus turribusque superat: preter eos qui
reliquas urbis partes custodibant: audiebat dictis
acquiescens. ¶ Crispinus autem ueritus: neque plebs
modo permissis persuasa Pace pro bello capiat: por
tasque aperiat, Repente Menia circumcurrit:
obserrat omnes: ut audaci animo persistant: et fortiter

Chiliarchus.

Legatorum Expositio:

Crispinus.